

3

more solito inimicabiliter pertractando, villam vero Massie et Sancti Laurentii in Nucito ^[a] permisere contra cremari ^[b] ^[c].

(p[ro]miserunt) Quando Faventini cum C[ae]senatibus Cerviam ceperunt,
1 quam Ravennates [c] custodiebant.

CAP. CC.

Cervienses, ut ceterae gentes libertate uti volentes, iugum servitutis, quod Ravennates eis imposuerant iniuste ^[d], ab eorum cervicibus Faventinorum favore conati sunt exutere. Sub anno MCCXXXIV, mense Octobris, restituturi dominum ^[e] Iohannem, eorum episcopum, qui a Ravennatibus de dicta civitate prius expulsus fuerat, pro libertatem ecclesie suae manutenendo, clam, nescientibus Ravennatibus qui dictam custodiebant civitatem, C[ae]senatum auxilio Cerviam p[re]eliando ceperunt ^[f], recepta prius securitate, quod a Faventinis et C[ae]senatibus iuvarentur, vel aliqui alii de eorum societate offenderentur. Demum dictus episcopus, una cum Cerviensibus, Faventinis et C[ae]senatibus terram concesserunt, e qua quantitatem salis voluerunt accipere ^[g] et Bononiensibus dare, et in scriptis redigi p[re]ceperunt ^[f].

inimice
1234 Joannem

(p[ro]fide) inscriptis

(p[ro]fide que)

Quando Faventini succurrerunt Bononiensibus ^[g].

succurrerunt Bononienses

CAP. CCI.

Sub anno Domini MCCXXXIV, mense Novembri, Faventini auditio, quod Mutinenses, Parmenses, Cremonensesque Bononiensium intraverant districtum, eis nullum alium expectantibus, ^[h] cum cc militibus et m peditibus succurrerunt festinanter.

ducenti mille

[a] in Nucito, C. V.; in Nuceto, C. A. — [b] permisere cremari, C. A.; promisere cremari, C. V. — [c] quam Ravennates. Sic C. A. — [d] iniuste, C. A.; inimice, C. V. — [e] restituturi dominum. Supplevi, restituturi, ut aliquo modo sensus servetur. — [f] et in scriptis redigi p[re]ceperunt. Sic lego C. A. In C. V, inceptis redigi perceperunt. — [g] succurrerunt Bononiensibus. C. V. habet: Bononienses. — [h] eis nullum alium expectantibus. Sic corrigo. In C. V., eis nullo alio expectante; et sic C. A.

[A] Sancti Laurentii in Nocito fit mentio in charta an. 997, G. 2924, Archiv. Archiep. Rav.; ibique dicitur plebs sita in territorio Foroliviensi.